

Ann. VII.

Num. X.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

SEMEL IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 4,80;
ubique extra Italiam Lib. 6,25; Doll. 1,25; Sch. 5; M. 5; Rubl. 3; Coron. 6,25.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in commentarii operculo
Lib. 0,10 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA



Subnotatio fieri potest:

IN RUSSIA

Apud GEBETHNER ET WOLF Apud "KRONIKA RODZINNA", Apud BURNS AND OATES

VARSAVIAE POLONORUM VARSAVIAE POLONORUM LONDON W.

Rakowskie Przedmiescie, 15. Krakowskie Przedmiescie, 6 28, Orchard Street.

IN ANGLIA

IN CIVITATIBUS FOEDERATIS AMERICAE SEPTENTR.

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sed. Ap. et S. Rit. Congr. Typ.

NEW YORK CINCINNATI

52, Barclay Street. 436, Main Street.

IN GERMANIA

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sed. Ap. et S. Rit. Congr. Typ.

RATISBONAE in BAVARIA

IN CANADA

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES

MONTREAL

1699, Rue Notre-Dame.

RERUM INDEX

De utilitate concordiae inter Civilem ed Ecclesiasticam potestatem.

Thibetanae notae.

De Ecclesiae Conciliis inter Nicaenum et Constantinopolitanum I.

Hebraeorum prisa ars.

Fabulae selectae Fontanii a Ioanne Bapt. Giraud latine redditae, passim
retractatae a Francisco Xav. Reuss: CXXVI. Lupus et canis macilentus. -
CXXVII. Ne quid nimis.

De Agape et Eucharistia in primis Ecclesiae saeculis.

De Collegio Urbano Propaganda Fidei.

Francisci Assisiensis commemoratio.

Geographicae notae: De Iaponiorum diis.

Aestiva diverticula. In via ductu ferrea de socialismo colloquium.

Ex SS. Congregationibus Romanis sententiae novissimae selectae.

Acta pontificia: Sanctissimi D. N. Pii PP. X litterae ad eminentissimum virum Cardinalem Urbis Vicarium missae de clericis in Urbis Seminaria cooptandis.

Diarium Vaticanum: Coram SSmo admissiones. - Pontificiae electiones. - Varia.
Annales: Iaponicum bellum. - Cretici motus. - Thibetanum cum Anglis foedus ictum. - Mauritana atque Americana bella civilia. - Disserimen inter Galliam et Apostolicam Sedem.

Librorum recensio. — Libri recens dono accepti. — Aenigmata.

In tertia operculi pagina:

Sociis monitum de imagine SS. D. N. Pii PP. X a Vox Urbis comm. vulgata.

Per Orbem.

Ioci: Quid et cuiusmodi « punctum interrogativum » appellant.

Epistolarum commercium.

ROMAE

EX OFFICINA PACIS, PH. CUGGIANI

35, Via della Pace

MDCCCVI

SUPELLEX AD RES DIVINAS.

Commentarii VOX URBIS administratio recto tramite suppeditat supellectilem omnem, qua tum in templis, tum in oratoriis ad res divinas uti solemus.

Mandata ad VOCIS URBIS administratorem (Romam, via Alessandrina, 87) mittantur, res praecise indicando quae quisque sibi cupit. Gratuito sumptuum aestimatio fiet.

SOCIIS MONITUM.

Sociis pluribus morem gerentes Idib. Novembr. an. MDCCCCII apud Commentarii *Vox Urbis* administratorem officium instituimus quod de negotiis Ecclesiasticis esset; de expediendis scilicet rationibus omnibus, quae apud Romanae Ecclesiae « Congagationes » aguntur.

Itaque si quis procuratione nostra uti velit, profecto temperantiam in pretio, studium atque alacritatem in opere inveniet.

SATURIO

Comoedia latinis versibus conscripta a clarissimo viro Ioanne Baptista Francesia et per Commentarii VOX URBIS paginas vulgata, in volumen redacta est, quod apud Commentarii eiusdem administratorem venale prostat lib. 1.

IN LUDIS LITTERARUM OPTIMA TIRONIBUS SCENICE AGENDI EXERCITATIO.

In Ita
Lib. 6,2

DE UT

INTER CIVILEM

DUM saevit
persequi
nisti, post Di
scopos imperio
decepti telaqua
nentes, nova
suae bono futu
datorum viror
nullas subiicer
cum Ecclesia
magis quod n
ex gravissimo
CISCO SATOLLI,
eas nobis ded
que vir emine

Non solum v
quo rerumpubl
stica potestate
propria ipsorum
modum adest i
rituale et corpo
dum praeiens
inter potestaten
Non immoror d
rerum natura, i
ligio, bona deriv
rebuspublicis. H
usum effundend
pro omnibus Pr
mis Ecclesiae ten
quod primos chr
Iustinus (*Apol.*,
Celsum) et Euse
Operae pretium
scripsit Tertulli
« In caelum sus
sumus semper p
illis prolixam, I
tam, exercitus fo
probum, orbem c
et Caesaris vota
qui nunquam ex
lorum humanita
halare desineret
Quod si spiri
gationis sunt con
necessariae et u
ad dirigendam h
iuvant, scire sat

(1) *De iure publico
iuridicæ auctore Fr
nicius Ricci ex Italo s
apud Desclée, Lefebv*

(2) *Et pro Gallia
- Cfr. num. sup. - A
veris, vir imbecillis*

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PREIUM SUBNOTATIONIS:

In Italia: Lib. 4,80 — Ubique extra italiam:
Lib. 6,25, Doll. 1,25, Sch. 5, M. 5, Rubl. 3, Coron. 6,25

SEMEL IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:
ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE — Via Alessandrina, 87.

DE UTILITATE CONCORDIAE INTER CIVILEM ET ECCLESIASTICAM POTESTATEM.

DUM saevit in Gallia contra Ecclesiam Christi persequitio, dumque illius civitatis administrari, post Divionensem et Vallis Vidonis episcopos imperio Pontificis sponte subiectos, spe decepti telaque sua fracta Romano scopolu cernentes, nova fulgura minitantur, quae genti suae bono futura blaterant, abs re non erit cordatorum virorum menti animadversiones non nullas subiicere de utilitate, quam res publica cum Ecclesia consentiens sibi procurat; eoque magis quod non ex inepto nostro calamo, sed ex gravissimo viro, PURPURATO PATRE FRANCISCO SATOLLI, qui funditus rem pertractavit, eas nobis deducere datum fuerit (1). Haec itaque vir eminentissimus scribit:

Non solum viget verum et proprium officium, quo rerum publicarum potestates cum Ecclesiastica potestate consentire debeant; sed etiam propria ipsorum utilitas eis id suadet. Quemadmodum adest indissolubilis connexio inter spirituale et corporale bonum humanitatis usque dum praesens perseverat vita, ita debet esse inter potestatem sacerdotalem et politicam.... Non immoror demonstrare quot modis ab ipsa rerum natura, in eo quod docet et praestat Religionis, bona deriventur innumerabilia et infinita rebus publicis. Heis meminisse solummodo iuvat usum effundendi perpetuas preces ad Dominum pro omnibus Principibus et pro Imperiis, a primis Ecclesiae temporibus viguisse usque nunc (2), quod primos christianos testimonium perhibent Iustinus (*Apol.*, 2), Horigenes (l. VIII, *contra Celsum*) et Eusebius (*Hist. Eccl.*, l. 4, c. 26). Operae pretium est in medium afferre quod scripsit Tertullianus (*Apol. adv. Gentes*, c. 30): « In caelum suspicentes christiani... precantes sumus semper pro omnibus Imperatoribus vitam illis prolixam, Imperium securum; domum tutam, exercitus fortes; senatum fidelem, populum probum, orbem quietum et quaecumque hominis et Caesaris vota sunt ». Hic est ignis salutaris qui nunquam extinguitur: summa omnium malorum humanitati imminaret, vix ac ignis iste halare desineret.

Quod si spiritus iustitiae, caritatis et abnegationis sunt conditions civili consortio penitus necessariae et ulterius sunt tres causae quae ad dirigendam humanitatem in viam progressus iuvant, scire satis esse debet religionem chri-

stianam esse earumdem virtutum salutarium matrem et altricem, et ab ipsa solummodo escam et vitam recipere posse; ut concludatur prospexitatem et salutem Imperiorum perpetuae Ecclesiae super Imperia, et potestatis sacrae super politicam efficaciam esse adnexam. Politica potestas, non iam dominium super multitudinem servorum, sed gubernium et regimen super homines liberos esse debet; in quolibet actu et ordinatione ad bonum commune, minime vero ad privatum dirigatur oportet. Huius speciei et naturae est potestas sacerdotalis in persona Romani Pontificis relate ad Ecclesiam universam, ac ita divina institutione infallibiliter perseverat. Hinc actio huius in alteram est omnino potens contra tyrannidem. Potestas Ecclesiae est pastoralis potiusquam herilis, integrum tamen retinens vim auctoritatis, quae proprie Christo competit, et ab eo Romano Pontifici collata fuit ex quo illam Petro commisit. Eiusque actio ad mitiorem reddendam vim potestatis civilis apta erit, dum eamdem moraliter efficaciorem faciet. Qua de re, iam scriptorum clarissimae notae testimonio comprobata, locutus est et Pontifex Leo XIII, qui ita sapienter disseruit in lit. encycl. *De Christiana Civitatum constitutione*, ut opportunum non sit de illa prolixius loqui.

Bonorum quae ab Ecclesia et a potestate sacerdotali profluent in Imperia, testes sunt historiae omnes, et experientia, sive directe, sive contrariorum lege obstinatiorem hominem, qui rectum rationis usum non amiserit, persuadere potest. Impietas, iniustitia, turpe ingratia animi vitium exprobationis nota digna ostendet illa regna, quae ab Ecclesia discesserunt, eique submissionem et reverentiam in humanis divinisque rebus negarunt, et sub praetextu libertatis ipsi bellum inferunt. Ipsis dicta censentur verba sancti Gregorii Magni (*Expos. in V ps. poenit.*), quae tristem Ecclesiae in saeculo nostro conditionem ad unguem referre videntur: « Nulla ratio sinit ut inter reges habeatur qui destruit potiusquam regat Imperium; et quoscumque habere potest perversitatis suae socios, eos a consortio Christi efficit alienos. Qui turpisimi luci cupiditate illectus Sponsam Christi captivam cupit adducere, et passionis Dominicæ Sacramentum ausu temerario contendit evacuare Ecclesiam quippe quam sui Sanguinis pretio redemptam Salvator Noster voluit esse liberam, hanc iste potestatis regiae iura trascendens, facere conatur ancillam. Quanto melius foret sibi Dominam suam esse agnoscere, eique religiosorum principum exemplo devotionis obsequia exhibere, nec contra Deum fastum ostendere dominationis, a quo suae dominium accipit potestatis;.. in tantum autem suae teme-

ritatem extendit vesaniae, ut caput omnium Ecclesiarum, Romanam Ecclesiam sibi vindicet, et in domina gentium terrenae ius potestatis usurpet ».

Hoc velim tandem aliquando intelligent hostes Ecclesiae Romanae, quum eam tanto impetu adoriuntur, contendentes quaquaversus turbare et pessimum dare eius potestatem, eius iura, eius rationes.

THIBETANAЕ NOTAE.

THIBETANUM imperium, maxima inter trium populorum regna constitutum, finitimarum cupiditatem facile irritat. Aemulorum ideo mens in unum ex adverso tendit, ut vallatum undique naturae subsidio terram vi aut calliditate ingrediantur. At nemo haec regione potiri valuit, quod non sine admiratione fuit. Gens enim, infirma licet atque imbecilla, diu atque constanter restitit potentissimarum nationum in cursibus situ suo natura inoppugnabilis, ac prudentia et calliditate magistratum suorum, qui alienigenam quemvis peregrinumque, oculato consilio, semper suis a finibus arcuerunt; ita ut Lhassa urbs caput, quam sanctam illi habent, viginti millia sacerdotum per claustra enutriens, in iisque sacerdotem gentium maximum (*Dalaj-Lama* nuncupant), locus adhuc ignotus plane exteris foret.



Quamvis enim xix medio saeculo Gallici sacerdotes duo, Hacius et Gabetius, Lhassam urbem magnos post labores viderint, quamvis nullam passi fuerint molestiam, intra menses duos, immutato populi animo, metus peregrinorum adeo potuit ut ambo eicerentur.

Eorum exemplum nemo deinde Europaeus imitatus est, quin statim sacris a moenibus repelleretur. Re quidem vera quum anno circa M DCC LXXVIII Hungari quidam viatores, quibus Bela Szechingius comes praeerat, urbem attingere conarentur, in vexillo, quo munitiones progrediebantur, pacis atque amicitiae haec verba proferentes: « Princeps venit Bela rege ab atavo genitus, ut Lamium pontificem veneretur, utque gentis sermonem, Madgyarorum sermonis persimilem, addiscat », occurrentes milites Belae commeatum Ba-thang ad urbem susterre iusserunt, ac statim referre pedem.

Privalskins, Russorum tribunus, bis eadem aggressus est haud quidem meliori exitu, Nabehou urbem quum attigisset, redire et ipse coactus. Similia Angli duo passi sunt viatores, Tamar tribunus, Pomangdzonyam ad urbem, et Mac-Aulay ab ipsa non longe retrorsum

(1) *De iure publico ecclesiastico disputationes historicocurriditiae* auctore FRANCISCO Card. SATOLLI, quas Leo canonicus Ricci ex Italo sermone in Latinum convertit — Romae, apud Desclée, Lefèvre et soc., cap. I.

(2) Et pro Gallia in ipso Concordati art. VIII est sanctum. — Cfr. num. sup. — At Napoleon, si cum Combescio comparaveris, vir imbecillis animi facile apparebit! (*V. U.*).

verttere impulsi. Bonvalotius atque Orleanensis princeps Henricus, an. M DCCC LXXXIX urbem caput prope iam videbant quum ipsi quoque in Tonkinum viam retorquere coacti sunt. Gallus autem ille audax Dutreilius de Rhins, qui quovis pacto rem perfidere voluerat, Tan Bouddha prope urbem enecatus ab incolis cecidit.

Aliosne infortunatos exploratores commemo-remus? En Littledalius anno M DCCC XCV Ladakium remissus; en denique Suedus ille Sven-Hedinus, qui, licet Mongoli speciem optime sumpisset, agnitus tandem tribus equitum centuriis occurrit, qui eius eursum represserunt.

Unus tamen inter advenas exstitit carissimus diis, Tsyhikofius ex Russorum gente, qui, Boudhisticae religionis assecla, peregrinantur cum turba mixta Lhassensia moenia attingere valuit, ac deinde reversus urbis notitias vulgare.

Lhassam itaque urbem templorum plenam deserbit; templa autem ubique statuus exornata complurimis, quas aurum gemmaeque multae condecorant pretioque magno faciunt. Pleraque signa Bouddham deum referunt, una est Bal-Schamo divae conseerata, quae virginibus viro maturis favet. Hanc iuvenes turmatim pre-cantur; huius ad pedes effuso oleo, vinoque, hordeisque granulis oblatis saera faciunt; quae quidem ad cerealia devoranda murum multitudine convenit, quos tamen repellere pio nemi licet.

Sacras aedes permultas Lhassa urbs continet; ex eis tamen maxima pariter atque opulentissima quae Potala, summi Lameae sacerdotis aedes, nuncupatur: hanc maximam ornatissimamque praeter templum aeraria faciunt, et sacerdotum habitacula et reorum custodiae, tribunalia, musea. Qui thesauri per Thibetanum regnum coacervantur ibi conditi iacent, estque etiam aureum sepulcrum novem metrorum altitudine insigne, quo exuviae sacerdotis cuiusdam antiquorum temporum continentur.

At tantis licet divitiis tantaque magnificentia Thibetana religio exornetur, mortua tamen fidei vis intima, et areseens omnino; neque ad finitimos populos iam diffunditur nisi depravatis moribus fulta, quos ipsa inducit.

Imminent populo imbelli atque misero Europeae, prout diximus, exultae gentes, Russi praesertim atque Angli, a septemtrione illi, isti a meridie, qui non tam diripere aurum cupiunt, quam terris potiri, ubi commerciorum vis atque agriculturae divitiae nullae hodie sunt, ubi contra maximae officere optima rei publicae gestione poterunt. Iamque Russorum infelici bello iuvante, quod in ultimo Oriente geritur, Angli certamen superarunt, qui instruxerunt cohorte ab Sudorum finibus profecta, iterum iterumque hostes, acerrime quamvis patriae solum tuentes, dissiparunt, atque Lhassa ad urbem tandem aliquando castrametati sunt. Fuit igitur Thibetanus cum Anglis de pace ferendum foedus unde quum commerciis, tum viatoribus liber saltem aditus fiet, eas per regiones adhuc omnino praeclusus.

DE ECCLESIAE CONCILIIS

INTER

NICAENUM ET CONSTANTINOPOLITANUM I.

ARIANA haeresis causa fuit, ut haud multo elapsso tempore a Nicaeno concilio (1), alia concilia haberentur quasi ad Nicaenum confirmandum eique vim adiungendam, itemque ad Arianorum conatus retundendos. Hi enim, quum Julius Pontifex an. CCC XL Romae indixisset concilium, quod Athanasii ab exsilio revocati causam latini inquireret, quumque eos ad prae-finitum tempus citasset, Romanum conventum subterfugentes effecerunt ut Antiochiae nobilissimi illius templi, a Constantino Magno in-coepi et a Constantio postmodum absoluti, dedicatio tunc temporis magno Episcoporum con-eursu, Imperatore favente, qui invitatorias literas misit, celebraretur. Callidum consilium haud irritum evasit; nonaginta enim episcopi, teste Athanasio (2), aecurrerunt; in his tri-ginta sex Ariani, haeresim mirifice in pectore tegentes. Ne enim aecatholici in ipso conventus initio viderentur, Arianum nomen publicis scriptis aversati sunt, at extrinsecus insignes sese fidei ac morum vindices iactitarunt.

Peraeta igitur templi dedicatione quum episcopi congregati essent, Athanasii causa in medium prolata est: accusatur quod contra canones ab exsilio fuerit revocatus ac pristinae Alexandrinae ecclesiae restitutus: episcopatu aliquem amotum non aliter quam per Coneilium restitui oportere; hoc modo non restitutum eum iuste depositum, qui non legitime restitutus esset, deturbandum, aliumque in eius locum sufficiendum. Huic decreto, quamvis Episcopi catholici, numero maiores, suffragio contradicerent, Constantii tamen Imperatoris, ut verisimile videtur, favore ac voluntate illud factum tectumque habitum est, quod Eusebius Nicomediensis, huiusc rei actor princeps, (3) eiusque asseclae constituerant. Post multa itaque de episcopo subrogando tunc disceptata, Eusebius Emisenus ad sedem Alexandrinam capessendam cooptatus est; putabant enim ab eo, tum propter satis integros mores, tum propter singularem dicendi facultatem, Aegyptiorum animos in Athanasium benevolentissimos facile iri avocatum. Quum vero Eusebius munus ree-savisset, timens fortasse ne in Alexandrinorum odium incurreret, Gregorius Athanasio suffectus est, homo Arianus, peregrinus ex Cappadocia, quem Philagrius et Arsacius praefecti vi militari adhibita an. CCC XLII introduxerunt, Patres Sardicensis concilii, de quo mox loquemur, deponere, quem denique Alexandrini misere ne-carunt.

In tanta rerum perturbatione Iulius Pontifex episcopos nonnullos ad Constantem, Occidentis Imperatorem, ablegavit, qui eius opem impe-trarent. Missae itaque imperatoriae litterae ad Constantium fratrem ut concilium magnum celebri pateretur; urgendoque atque instando effectum est, ut Sardicae in utriusque imperii finibus synodus colligeretur. Itaque mense De-

(1) Cfr. an. VII, n. VII.

(2) In opere *De Synodis*.

(3) Hunc S. Hieronymus "Arianae factionis signiferum" appellat.

cembri an. CCC XLIII episcopi centum et septua-ginta convenere, quorum Eusebiani septua-ginta sex; convenere Archidamus et Philoxenus presbyteri Iulii personam gerentes, Osius Cordubensis, qui synodo praesedit (1), ipseque Athanasius, ut crimina in se lata depelleret.

Verum Eusebiani, qui Sardicam inviti petie-rant, tot episcoporum consensus veriti, quos nulla fraude circumvenire se posse sperabant, venturos se in synodi conspectum negarunt, nisi prius Athanasius eiusque asseclae inde amoverentur. Quod quum Sardicenses Patres negassent, elam Philippopolim in Thracia secesserunt, haereti-cam synodum alteram ibidem habituri, pae-side Stephano Antiocheno. Nova fidei formula ibi proesa, « homousion » damnarunt, adversus Athanasium et socios sua confirmarunt decreta, atque Iulio R.P., Osio ceterisque orthodoxis pae-sulibus edixerunt anathema, praetexta causa, quod Athanasio aliisque episcopis in Tyrii synodo damnatis patrocinarerunt (2).

Tantam vero audaciam non tulerunt Sardicenses Patres, atque in eos uti desertores, pio-rum omnium criminatores, fideique orthodoxae impugnatores anathema conclamarunt (3). Ne autem accusatorum contumax absentia reo in-noenti gravius praeiudicaret, continuatum est Athanasii iudicium. Hie itaque iniurias sibi ab Eusebianis illatas exponens et ad acta Tyria et Mareotica sese referens, auditus est; Patresque post diligentem auctorum omnium inquisitionem totiusque causae cognitionem, Eusebiano-rum calumniis dolisque perspectis, Athanasium iuxta sententiam Romae prolatam communi omnium consensu absolverunt; Gregorium vero in sedem Alexandrinam ab Eusebianis, prout diximus, per vim intrusum non solum deposuere, verum etiam plane sunt exsecerati, atque omnes ab eo in sede Alexandrina ordines alia-que eius gesta irrita prorsus habenda consti-tuere.

Ceterum nullum fidei symbolum ediderunt, rati Nicaenum concilium sufficere, quod confixas ostenderet haereses ac triumphatas testa-retur. Novam formulam, quam adversarii Phi-lippoli ediderant concilii Sardicensis nomen mentiti, ut adulterinam ac supposititiam abrogarunt atque rescinderunt. Post haec Patrum reliqua cura fuit ut cleri moribus, Ecclesiae administrationi dignitatique prospicerent, ap-pellationibusque Episcoporum ad Romanum Pontificem eam formam tribuerent, quae su-premo iudici consentanea magis videretur (4).

De omnibus in concilio gestis Pontifex per litteras certior factus est: Constans autem et Constantius Imperatores non solum per epistles synodales rogati sunt ut concilii senten-tias exsequenterur, sed item moniti ne iudiciis ecclesiasticis in posterum sese immiscerent, sed euneta potius ex ecclesiasticarum legum prae-scriptis agi permitterent (5).

(1) Ita apud GRATIAN, can. II, dist. 16. Athanasius vero Archidamum et Philoxenum tamquam Apostolicae Sedis legato scommemorat. Osium patronum synodi fuisse, definienda nimis propnisse, et singularium sententias - quod ad officium patroni synodalis pertinet - rogasse ex actis Concilii apparet. Cfr. etiam BARON, an. CCC XLVII, num. 3-6 et 10.

(2) ZEPHRINI ZITELLI NATALI, *Epitome historico canonica concitiorum generatium*, conc. Sardicense.

(3) Ibidem.

(4) Cfr. ZEPHRINI ZITELLI NATALI, *op. cit.*, ubi canones prout exstant in versione latina Dionysii Exigu referuntur.

(5) BARON, num. 19-21.

Utrum Impera-ne fuerint satis sunt, maximeque Mediolanensi se-miensian. CCC LV in quibus Arian-toribus, caput it exsilia, ad vim

HEBRAE

Ut de Hebrae in quo haec leg-vocavi ex nominis de tribu Iuda et licet omnem scie-sapientia et int-ropere, ad exco-git-test ex auro, et gemmis, et dive-igitur hunc non opificem snapte plaria pretiosissi-tur Deus: « Ded-Achisamech de t-erudit posui sapi-artificibus, qui in faciant euneta, q-lum foederis, et torium, quod su-tabernaculi, men-labrum purissimu-thymiamatis, et rum, labrum eum-sterio Aaron sac-eatur officio suo in-incredibili celerita-vi metallorum ge-rantur in Exodus A Iosepho de his so-mihi est duo ani-spositis tribibus culum ut tres or-vero a tentoriis artificibus Hebra-loens ad officinas Moysi, seu Beseleo-resonantis adscrib-tur certo clangore-cerdotes, modo ca-dicendum de Etru-inventio tubarum

Tyrrhenaeque tuba-Huius autem tuba et protractilis, no-teste (3) asophra-hac de causa cre-stianos in solemnis argenteae huius

Addam vero a flagitantibus Heb-lum aureum fuisse ginem idoli Aegy-Hebraeos ista no-

(1) *Antiquit. Iuda*

(2) *Aeneid.*, lib. VI

(3) *Antiquit. Iuda* inclusiva.

i centum et septuaginta. Eusebiani septuaginta et Philoxenus venerentes, Osiris Corvinus sedet (1), ipse lata depelleret. Iudicam inviti petierunt, us veriti, quos nulla sperabant, ventus negarunt, nisi prius inde amoverentur.

res negassent, clam cesserunt, haereticum habituri, praefixa Nova fidei formula mmarunt, adversus affirmarunt decreta, que orthodoxis praecepit, praetexta causa, episcopis in Tyrii sy tur (2).

on tulerunt Sardiuti desertores, pioideique orthodoxae reclamarunt (3). Ne fax absentia reo inveniet, continuatum est que iniurias sibi ab eo et ad acta Tyria iuditus est; Patres omnium inquisitionem, Eusebianopectis, Athanasium prolatam communis habent; Gregorium vero Eusebianis, prouti non solum depositant exsecrati, atque Andrina ordines alias habenda consti-

symbolum ediderunt, officere, quod con triumphatas testam aduersarii Phisardicensis nomen apposititiam abro Post haec Patrum horibus, Ecclesiae prospicent, apud Romanum querent, quae suum agis videretur (4). Pontifex per constans autem et solum per epis sententias concilii sententi ne iudiciis immiscerent, sed legum prae-

. 16. Athanasius vero Apostolicae Sedis legendi fuisse, definienda intentias - quod ad offensas ex actis Concilii II, num. 8-6 et 10. ne historico canonica ense.

op. cit., ubi canones sive Exigui referuntur.

Utrum Imperatores concilii dicto audientes necne fuerint satis patet ex eventibus qui sequuti sunt, maximeque ex tristissimis illis conventibus Mediolanensi scilicet an. CCC LIV (vel CCC LV), Sirmiensi an. CCC LVII et Ariminensi altero an. CCC LXIX, in quibus Ariana insolentia, faventibus Imperatoribus, caput iterum extulit atque ad tumultus, exsilia, ad vim denique omnem processit.

HEBRAEORUM PRISCA ARS.

Ut de Hebraeorum arte ex ordine disseramus a libro *Exodi* initium est deducendum, in quo haec legimus: « Ecce - (ego Dominus) - vocavi ex nomine Beseelel filium Uri filii Hur de tribu Iuda et implevi eum Spiritu Dei - (scilicet omnem scientiam faciendorum illi dedi), - sapientia et intelligentia et scientia in omni opere, ad exegetandum quidquid fabrefieri potest ex auro, et argento, et aere, marmore, et gemmis, et diversitate lignorum ». Habemus igitur hunc non factorem rudem rerum, sed opificem suapte creantem ornamenta et exemplaria pretiosissima et speciosissima. Prosequitur Deus: « Dedique ei socium Ooliab filium Achisamech de tribu Dan. Et in corde omnis eruditus posui sapientiam - (scilicet in minoribus artificibus, qui iuuent Beseelel et Ooliab), - ut faciant cuncta, quae praecepi tibi; tabernaculum foederis, et arcum testimonii, et propititorum, quod super eam est, et cuncta vasa tabernaculi, mensamque et vasa eius, candelabrum purissimum cum vasis suis, et altaria thymiamatis, et holocausti, et omnia vasa eorum, labrum cum basi, vestes sanetas in ministerio Aaron sacerdoti et filiis eius, ut fungantur officio suo in sacris ». Quae prodigaliter incredibili celeritate et incredibili pretiosorum vi metallorum gemmisque fecerit, illa enumerauntur in *Exodo* a cap. XXV ad cap. XXXI. A Iosepho de his scimus pariter (1), unde solemne mihi est duo animadvertere; alterum quod dispositis tribibus quadrifariam circa tabernaculum ut tres ordinarentur per latus, platea vero a tentoriis ad tabernaculum interesset, artificibus Hebraeis separatus et conveniens locus ad officinas constituebatur; alterum quod Moysi, seu Beseelel, inventio tubae ductilis late resonantis adscribatur, qua modo congregarentur certo clangore populus, vel seniores, vel sacerdotes, modo castra moverentur. Quid modo dicendum de Etruscis, quibus illarum tribuitur inventio tubarum?...

Tyrrhenaeque tubae mugire per aethera clangor (2). Huius autem tubae ductilis, contractilis nempe, et protractilis, nomen apud Hebraeos, Iosepho teste (3) *asophra* fuit, argentoque ducta est, et hac de causa credo mos invaluisse apud Christianos in solemnibus Summi Romani Pontificis argenteae huius tubae cubitalis clangore uti.

Addam vero ab Aaron, tumultu, seditione flagitantibus Hebraeis, immo iubentibus, vitulum aureum fuisse conflatum, ut adorarent imaginem idoli Aegyptii *Api*. Numquid artem apud Hebraeos ista non probant?

(1) *Antiquit. Iudaic.*, lib. III, a cap. VI ad XV inclusive.

(2) *Aeneid.*, lib. VIII.

(3) *Antiquitat. Iudaic.*, lib. VII, c. XIV, ad lib. VIII, c. VII inclusive.

(1) *Ibid.*, lib. VIII, c. III.

FABULAE SELECTAE FONTANII

A IOANNE BAPT. GIRAUD LATINE REDDITAE

PASSIM RETRACTATAE A FRANCISCO XAV. REUSS (1).

CXXVI. — LUPUS ET CANIS MACILENTUS.

Nil valuerem preces, quas olim tinca minuta (2)
Fudit, ne fieret cocta vel assa caro.
Carpsi tunc homines, quos spernere lucra minora
Urget maioris spes male certa lucri.
Ille meus sapuit piscator; nec mea tinca
Desipuit, causam dicere nisa suam.
Crassa mente lupus, non ut piscator acuta,
Incidit in macrum per vagi rura canem.
Quem fera prostratum quam deglutire pararet,
Causatur maciem praeda voranda suam.
- « Ne - rogat - exsucca coenes de carne canina;
Fercula, rex nemorum, te meliora decent.
Exspecta paulum: diti est nuptura marito
Unica cras domino filia nata meo.
Festivis epulis ego quum sim iussus adesse,
Terga, vel invitum, mox adipata geram. »
Victor abire sinit macilentum credulus hostem,
Tussum ventriculo rite favere suo.
Septem post soles, pulsat lupus ostia, numque
Sint adipata satis terga canina, rogat.
Clathro tectus erat validus canis; inde latronem
Alloquitur, positio iam trepidante metu.
- « Exspecta paulisper - ait - prandebis opime:
Ianitor haud procul est, me dabit ille tibi. »
Ianitor ille molossus erat, qui, Cerberus alter,
Quotquot mordebat colla, molebat item.
Tum lupus iratus: - « Tibi vermes ilia rumpant -
Infremit - ac sebie ianitor intereat! »
Haec in verba fugam maturat: scilicet ille
Crure satis valuit, non satis ingenio.

CXXVII. — NE QUID NIMIS.

Nulla fere vis naturae mihi cernitur usquam,
Certo quae norit se cohære modo.
Metam cuique rei dedit orbis Conditor aptam,
Tangere quam fas sit, transiliisse nefas.
Saepe tamen Natura suis e finibus exit,
Seu prodesse tibi, sive nocere parat.
Flava Ceres, segetum nutrix, damnoosa fit agris,
Quum sata plus aequo luxuriare iubet.
Tum male spica premit spicam, quae dum bibit auram
Parcius ac lucem, stramen inane parit.
Officit et pomis Pomona feracior: elieu!
Quos onerat ramos, pondere sternit humi.
Fruges immodicas tendonti Iupiter agno
Sic permisit, ut hinc cresceret ampla seges.
At semel immissus campo, sata cuncta vorat grex,
Et quae non potuit mandare, calce terit.
Tum concessa lupis in oves moderata potestas,
Qua pars balantum coena lupina foret.
At suerere lupi cunctas mactare, vel omnem
Certe tentarunt dilaniare gregem.
Ergo ius homini datur aqua plectere sontes
Poena; poena tamen fit cruciatus atrox.
Namque solet feritate feras humana propago
Vincere, non ullum docta tenere modum.
Civibus hoc vitium summis inolevit et imis:
Temperat a nimio nec gravis ipse sophus.
Undique, si quid ago, moneor: Ne quid nimis! Atqui
Admonitor monitum praeterit ipse suum.

(1) Cf. num. sup. (2) Vide Fabulam LX.

Sed ad aliam Hebraicarum artium aetatem properare iuvat; eamque, quae non minor quam Graecis aetas Periclis, Romanis Augusti saeculum, Italicis recentioribus tempus Decimi Leonis effulsi et latissime coruscavit. Ut enim Iosue sepulcrum in Palaestinis reperto praeteream, ad Salomonis tempus venio, quo summum, ineffabile quoddam, singulae apud Hebraeos artes non solum, sed disciplinae, consequatae sunt, ac tenuerunt. Si sacros legeris libros, nempe *Regum* tertium a capite V inclusive, usque ad X integrum, anceps eris utrum admireris, vel credas. Quae enim ibi narrantur ferme captum humanum superant; si opum infinitam vim consideraveris...; quid vero si artes per omnia homini possibilia ludentes? Quot ornamentorum genera a ligno ad aurum, ad marmora, ad gemmas, ad lapides pretiosos, ad vestes, ad thoreumata? Et quam affabre omnia! Et quanta sapientia, quae aedificabantur, centum et octoginta hominum millibus ordine miro et per agmina adlaborantibus! Exstant adhuc substructiones Salomoniae, marmorum incredibili mole constructae, circa quas vel hodie, statutis diebus, Iudeis conceditur via a Tureis, mercede pacta, ut plangent ruinas eversae Ierusalem. Haec autem ita solemnia, immania sunt, ut ille tantum credat, qui viderit. Praeterea legenda sunt quae Iosephus ad haec recenset (1); quae tamen omnia ita descripta ad unguem sunt, ut potius cernere, quam legere arbitris. Ecquid enim candelabra illa aurea, aeneum mare duodecim bobus impositum, tot millia aurearum phialarum, tot lances, tot vasa aurea, argentea, quo-

rum numerus ferme incredibilis? Nec quis credit exterris opificibus, architectis, fabris ista dolata. Salomon ipse caput rei erat, cui manus instar dexteræ fuit Chiras, matre natus de tribu Nephtali, patre Israelita (1). Haec vero, sicut idem Iosephus praedicat, in summa saltem et exemplari, David singula descripta filio Salomonis reliquerat.

Numquid addemus Salomonis palatia, rura ad rusticandum, suburbanas delicias, et quae in illis congeserat? An memorabimus urbes exstructas, quas inter Palmiram admirabilem adhuc ruinis, quae olim Thamar, hoc est « Palma » appellata est? At subversa Ierusalem a Nabuchodonosor, prostrata Iudea, Iudeis Babylon translatis, inclinata ad alienos incolas artis Hebraeae est, quae sensim sine sensu in Persarum morem primo, mox in Romano-Hellenum deflectitur plura admiscens; nunc unice ex illa supersunt columnae atriorum templi, quod Herodes refecit, in Vaticana Basilica adhuc videndae.

DE AGAPE ET EUCHARISTIA

IN PRIMIS ECCLESIAE SAECULIS.

Quae recolo ab Ermonio excerpti, qui disertatiunculas duas Lutetiae Parisiorum edidit nuper, alteram de antiquissimo christifidelium fraterno convivio (2), alteram de Eucharistica Mensa primis pariter Ecclesiae saecu-

(1) Reg., lib. III, c. XVIII.

(2) V. ERMONI. *L'Agape dans l'Eglise primitive*. (Paris, ap. Blond, 1904).

lis (1); eas autem in unum propter affinitatem congerere haud inopportunum existimavi.

Namque agitatis recens Funkium inter et Battifolium doctores quaestoribus de conviviorum illorum vera celebratione multa sunt disceptata, hinc negante illo, hinc strenue Funkio asserente, cui quidem sententiae Ermonius ipse iuxta traditionem potius accedit.

Haud enim illi videtur quae patres vel doctores, novum testamentum interpretati, de christianis refectionibus scripta reliquerunt, ea omnia de Eucharistiae tantum maximo sacramento intelligi posse. Re quidem vera prima iam Apostoli verba in epistola ad Corinthios: « Convenientibus vobis in unum iam non est dominicam coenam manducare » utrumque convivium satis aperte attingunt. — « Numquid domos non habetis ad manducandum et bibendum? » hisce sequitur Paulus, quae de Eucharistia intelligere plane non est; mox arguit divites de eadem intemperantia. — « Aut Ecclesiam Dei contemnit et confundit eos qui non habent? » quae de Sacramento nemo intelligat, quod omnes habere possunt. Postremo verba illa, quae sermonem concludunt: « Itaque fratres mei quum convenitis ad manducandum, invicem exspectate: si quis esurit domi manducet ut non in iudicium conveniatis » pariter utique de Agape, at de Eucharistia intelligi nequeunt.

Sed Clemens Alexandrinus Paulo succedit, qui in *Paedagogo* (II, 1) culpas quae eius inter solemnia admittebantur vehementissime in Christianos redarguit, horfaturque fideles, ut eos pudeat nomen sanctissimum, quo Verbi divini opus recolitur suis praevaricationibus profanari. Rursus quum Carpoeratianos Epiphaneumque confutat de conviviis eorum turpissimis eos vituperans, agapis nomine omnino indigna ea asserit.

Hisce de agapum celebratione facti certiores ritus eius qui fuerint iuvat investigare. Tertullianus praesertim eos tute doceat: « Preces antequam convivae discumberent, in fine autem coenae psalmorum cantus precesque salutatoriae, iuxta Christi Iesu atque Apostolorum exempla recitatae ». Incertum vero utrum inter epulas sermonem Episcopi habuerint, an sacri libri perlegerentur. Fraterna huiusmodi convivia ante Eucharistiam sumebantur; at invalidibus paulatim crapulis atque abusu mos ille piennissimus non modo est ablatus, sed praeceptum deinde, ut ad mensam Domini nemo nisi ab hesterna die ieunii accederet. Attamen non defuere haereticci scriptores qui asseruerint Eucharistiam non ab ipsa Dominicæ coenæ die, sed ab hoc conviviorum more invectam. Hos autem satis confundunt Marcus, Matthæus, Lucas Evangelistæ Paulusque Apostolus; quartum denique Evangelium in capite VI^o, quod omnino Eucharisticum est. Proxime Ignatii atque Polycarpi epistolæ de pane immortalitatis atque de Christi calice non semel loquuntur: Iustinus in Dialogo cum Triphone de calice atque pane Christi iussu offerendis dicit in memoriam redemptionis: Irenaeus loquitur de sacrificio tradito a Christo, quem una Ecclesia valet afferre, atque de corporum resurrectione ex divino cibo quo homines enutruntur probationem assumit.

Vermutamen documentis hisce monumenta succedunt inscriptiones, picturae. Aberei autem titulus recens inventus inter huiusmodi reliquias ferme princeps appetit. Qui sese seribit a suo pastore Romam missum Fideque ductum almoque cibo enutritum, pisee scilicet magno pa-

(1) V. ERMONI. *L'Eucharistie dans l'Eglise primitive.*
(Ibid.)

riterque purissimo a virgine expiscato, quae illum tradit manducandum amicis una cum pane atque vino exquisitis. Huic accedunt symbola per coemeteriorum ambulacra depicta, pisces nimis superimposito canistro eoque referto panibus, spicisque manipuli atque uvae cespites; quae omnia mutam quidem sed omnino indubiam sacramenti confirmationem constituant.

DE COLLEGIO URBANO PROPAGANDÆ FIDELI.

URBANUS VIII Barberinus, qui tot ac tantos in dilatandum regnum Dei per orbem suscepit labores, Sacrae Congregationi Christiano nomini propagando praepositæ Collegium quoque addidit.

Hoc, cuius prospectum in superiore numero lectoribus exhibuimus, erectum est Borrominii architecti celeberrimi opera, qui monumenta sua gloriae in Urbe plura reliquit, atque Pontificiis auspicis, Idibus Iuniis, anno M DC XXXIII est inauguratū.

Collegio iam praefectus fuerat purpuratus vir Martius Ginnetus, Urbani VIII in Urbe Viearius, tresque canonie e capitulis Basiliæ Patriarchalium selecti, qui eius assessores essent.

Multis donariis, testamentis, oblationibus res collegii paulatim quum sucrevisset, ab ordinaria iurisdictione est redemptum, eius rector est habitus tamquam parochus, aedesque nomine pontificis tandem decoratae sunt.

Edita postmodum « bulla » *Immortalis Dei filius* rei pecuniariae atque regulis vitae studiorumque Pontifex cavit; quo pacto et pie et doce alumni alerentur, et catholici orbis maxima inde utilitas proveniret.

Namque gentibus præsertim, quae suis in regionibus collegia non habent, Urbanum collegium hoc est constitutum, ut in uberrimam messem animarum qui mittantur messores non desint. Nestoriani, Iacobitæ, Persæ huiusmodi generis sunt: mox affluxerunt et Nigritæ et Sinenses; passimque populi barbaræ cuiusvis terræ snos ibi selectos tirones habuere, qui deinde ad sacerdotium eveeti Christi Apostoli fierent numquam defuturi.

Sacellum est collegio adiectum Apostolis sacrum Petro et Paulo, quod Nonis Maiis anno M DC XXXIV eñus ac rñus Cardinalis titulo Sancti Honufrii, posito primo lapide, fundavit. Vir idem purpuratus omnem suam pœniam in collegium erogavit, ita ut revera eius auctor apparuerit, ipso Pontifice quodammodo munificentior qui locum posuerat. Is enim templum erexit, domos quae eirenn erant emit, diruit, deinde auxit molem illam ditissimam, quam hodie demiramus. Hisce itaque constituta, erectæ, auctæ aedes sunt.

At paulo post, Collegium quoque vetustum, quod Gregorianum dicebatur, Collegio de Propaganda Fide additum est. Alexandri VII Pontificis iussu Borrominius architectus primum collegii sacellum in templum commutavit, cui decorando optimi aetatis pictores operam suam contulerunt, quos inter, eximius Carolus Maffatta. Templum vero Sanctis Regibus dicatum est, qui primi gentium in Betlehem Iuda ad

adorandum Dominum mox natum vocati sunt, auspicium prorsus divinum de Evangelii predicatione per omnes terras.

Eodem modo alumnorum numerus auctus est, qui Clemente XI regnante vix sex supra triginta numerabantur, violacea veste induiti. Anno enim M DC XLI e purpuratorum patrum propagando christiano nomini addictorum Collegium in ditionem tradebatur omnino, atque alumnis quos et Vivesius episcopus, et Cardinalis a Sancto Honufrio aluerant alias superaddebat Cardinalis Barberinius, reservato tamen sibi iurepatronatu circa alumnos sex e nationibus eligendos Georgiana, Persarum, Chaldeorum, Melchitarum, Iacobita atque Coptica. Ipse deinde Cardinalis Barberinius alios alumnos adiunxit, et sua pecunia aluit septem Aethiopes, sexque Indos. Postremo ipse vir munificentissimus domos alias, quae circa aedes collegii erant, Congregationi dono dedit, tumque universæ aedes completae sunt et circum perfectae, quomodo hodie apparent.

Post eum, complures Italiae Episcopi sua bona ex testamento Sacrae Congregationi adscripserunt. Oriente saeculo XVIII Abellinensis episcopus, pauloque post ipse Pontifex Clemens XI multa bona in rem contulere, denique Cardinalis de Addua, de catholica Fide, in Anglorum præsertim regno, maxime meritus, Sacram Congregationem bonorum suorum haeredem ex asse constituit.

Medio saeculo XVIII Carolus VI, Austriae imperator, alumnis Graecis et Slavis in Collegium cooptandis conspicuum donum constituit; labente vero eodem saeculo, Cardinalis Berne-sius nova bona sua Gaditana Collegio adsignavit; tandemque Clemens VIII « bulla » edita anno M DCLXXVI privilegium sanxit ut, ex alumnis iis, quotannis unus Pentecostes sacra die eorum Pontifice de Spiritu Sancto diceret, hac de causa ut Orientalium fides aberrantium contumacia exemplum ac medelae foret. Eodem saeculo auctus et Ciliciensium Chaldeorum tironum numerus apparuit; postremo Firmanum collegium et Maronitarum adscita Sacrae Congregationis decreto eidem domui fuere.

Hodie tandem centum viginti et ultra tirones in Collegio Urbano numerantur, qui universum catholicum orbem repræsentant. At eorum ex agmine, tot per saecula viri semper doctrina et virtute insigni florner, atque omnium præstantissimi martyres Christi. Primus ex iis reconsentur Sanctus Fidelis a Sigmaringa passus pro catholica Fide anno M DC LXI; deinde Michael Antimos Petrusque Cesius, Nicolaus Bosteovichius, Iacobus Foeleckius, Giuska Risgalachius, Melchiorres Iasbas, Raphael Tuchyus, qui omnes variis aetatis ad apostolatum erueis missi, suum certamen sanguine complerunt.

Et vere quidem Collegii alumni totidem quasi Christi Apostoli verissime habendi sunt, neque domus alia est in christiano orbe, quae coenaculo illi sanctissimo, ubi Jesus postremo discubuit, melius adsimiletur; et ubi verba eius saepius audiantur iubentis ut Evangelii nuntius in omnem terram praedicaretur.



FRANCISC

COMM

Q UUM Patriarcha
Omnium Urbis
et caput, Quiritibus
Pontificis Maximi m
absidis dextero later
arte a Francisco Gra
hodie his paginis le
causa vident.

Nam eorum Innocen
ille adeo memoriam
eius einderibus asserv
ornatissimum, inter
Episcopos et Cardina
rum quae ea aetate
duo adsunt Ioannes c
Assisiensis. Eminet
ad pedes pontificis
Pater benedicit. Fra
Sancto Paulo purp
Episcopus, et Guido
regulam Ordinis Mi
verant, eamque nun
ferunt.

Quamobrem dum
tificis effigit, haud
gloriam Francisci. Q
et mirabundi intuen
tes; et Otho, imperat
præcinctus, et Mar
uxor, quam contra vi
sules denique, et do
tum Occidentis per



FRANCISCI ASSIENSIS COMMEMORATIO.

QUUM Patriarchalis Lateranensis Ecclesia, omnium Urbis et orbis Ecclesiarum mater et caput, Quiritibus iterum patuit Leonis XIII Pontificis Maximi munificentia instaurata, in absidis dextero latere muralis pictura insigni arte a Francisco Grandi efficta apparuit, quam hodie his paginis lectores expressam non sine causa vident.

Nam coram Innocentio III Pontifice, cuius Leo ille adeo memoriam dilexit, ut monumentum eius cineribus asservandis in Laterano posuerit ornatissimum, inter juris peritos et reges, inter Episcopos et Cardinales, sodalitatum religiosarum quae ea aetate obortae sunt, patriarchae duo adsunt Ioannes de Matha atque Franciscus Assisiensis. Eminet autem medius Franciscus, ad pedes pontificis genuflexus, cui per amanter Pater benedicit. Francisco adsistunt Ioannes a Sancto Paulo purpuratus pater et suburbicarius Episcopus, et Guido Episcopus Assisiensis, qui regulam Ordinis Minorum iam uterque probaverant, eamque nunc Pontifici sanciendam offerunt.

Quamobrem dum tabula haec gloriam Pontificis effingit, haud minus tamen re praesentat gloriam Francisci. Quem profecto venerabundi et mirabundi intuentur omnes circum adstantes; et Otho, imperator IV ab Innocentio corona prae cinctus, et Maria, Petri Aragoniae regis uxor, quam contra virum Pontifex protexit, praesules denique, et doctores multi tum Orientis, tum Occidentis per regiones clarissimi.

Ea die itaque eoram Pontifice gloria nomenque Francisci, Petri benedictione aucta, prae fulgere in universo Christiano orbe cooperunt, quem ille, Christi Iesu renovatis gestis, erat quasi ex peccatis vitiorumque coeno iterum sospitaturus, innumerabili paene illa filiorum sobole, quae hodie adhuc sucerescit et multiplicatur, seraphico patri suo solempnia his diebus quotannis canens, cuius quidem choro vocem humillimam nostram foto animo commissemus.

GEOGRAPHICAE NOTAE.

De Iaponiorum diis.

BELLUM illud acerrimum, quod ultima in Asia geritur, morem iamiam repositum inter nos visum est instaurasse, de Iaponiis rebus inquirere, dicere, scribere quam fusissime. Nonne, profecto, « periculum flavum », quod nuncupabant, nostrorum consuetudini et paci imminet, nonne iam nos urget? Ea enim est haec satiata numquam inquirendi cupiditas, ut nostrum paene antiquissimum orbem novo eo colore undique iam illinere dicas. At in tanta « flavarum rerum colluvione » faustum est tamen pariterque salubre Iaponios mores in auro forte taedio quam reliquarum gentium usum scatere.

Ibi enim, si scriptores, si viatores, si geographos, si demographos audias, omnia laeta, nitentia, iucunda et puerili quadam festivitate redolentia ubique. Limpidus ibi renidet aer, arrident flores et montes, sacerdotes et sacerdotissae, infinitus prope exercitus, omnes blando ore invitant.

Haud puto tamen lectores diu laetabundos, si agmen deorum, qui Iaponium olympum in colunt, dinumerare cogerentur: facilius enim puto sidereum multitudinem recolere!... Videntur tamen temporibus antiquissimis Iaponii quoque, ut plerique ceterorum populi, solem deum adorasse; est enim adhuc suprema ipsis dea quae diei praest, quamque suavissime Amaterasu appellant.

Haud tamen illa prima deorum in orbe apparet. Iam enim creatoris dii telluri formam vitamque dederant, supernatanti tenebris veluti olei fluctus. Hosce inter deos Izanagi quidam einsque soror Izanami mirandas Iaponiorum insulas generant. Iamque fremebant coruseabantque ventorum, camporum, montium, aquarumque dii, quum solis dea laevo ex Izanagi oculo repente profluit, dum dextera ex luce lunae deus erumpebat. Amaterasu itaque illi munus contigit caelum terramque illustrare; eius frater geminus contra infinitum prope maris regnum adeptus est.

At hic deus misellus brevi captus veluti mente apparuit, laboris impatiens, irae facilis, animo et mente inaequalis: aquarum terraeque regna ineptis motibus conturbabat, dieque nocteque veluti furii urgentibus ululabat ad caelum. Hac rabie potuit plures homines immatura necesse evorare, ita ut pater eius Izanaghius ira vehementissima percitus in profundissimas sui regni foveas filium concluserit, quem oculi pretio sibi emerat.

Praeter haec tamen creationis numina, plurima Iaponii habent, quae non nisi atavi eorum censentur esse, relati inter divos. Quot signa quoniam monumenta aut statuae per plateas no-

stras perque fora emineant enumerabis citius, quam Iaponiorum nomina deorum.

Quisque enim civis, quisque fistularum aut crepidarum fabrefactor probabilem sibi post mortem credit apotheosim: nam post mortem quoque honores et tituli virorum memoriae tribuuntur; et imperii diaria persaepe tradunt fortissimi cuiusdam militis diis Manibus altius militiae munus esse delatum, vel Imperatoris decreto illustrem quemdam virum vita funetum inter imperatoria aulae assessores fuisse adscriptum.

Nec raro accidit ut viro ante mortem numen honores decernantur. Agricola, qui suum oppidum ab aquarum inundanti rabie servavit ineolum, non raro vidit saeculum sibi positum et aram: quamquam non eius ibi personam adoraturi eives accedunt, sed spiritum, quo elatus agricola ille optimum facinus patrarit.

Eam ob rem milites opifacesque, pauperes et optimates, omnes denique qui apud cives suos meruerint, aequum ius habent ut sedes templi tandem aliquando descendant; ita viventium orbem flamina mortuorum regunt, vitamque veluti cum iis communem vivunt, eumdemque aerem spirant, eosdem cibos manducant, siue in honorem condita carmina audiunt. Hac de causa foemina quaedam saltatrix quotidie sub vesperam pulcherrimas vestes induita viri eorum sepulcro choreas lectissimas solita ducere narratur. *Kamis* deos omnes vocant, quorum sane in contubernio vigilant atque dormiunt, quietem atque cibos sumunt, vitam ad unguem vivunt. Sed *kami* ipsae res – o mirum! – fieri possunt.

Nec tamen tot inter divos avarum quemdam videbis aut avidum. Plerumque enim eorum

AESTIVA DIVERTICULA

In via ductu ferrea de socialismo colloquium⁽¹⁾.

— Fateor me medioeris ingenii esse. Si quid in diariis nostris interdum conserbillo, non ea scientia praeditum me exhibeo, qua tu pollere videris.

— At Ferrium habetis, oratorem inter hodier nos facile principem....

— Ferrium nominas! Ad ipsum quod attinet, aperiam quod sentio. Ferrium in quibusdam non omnino probo; aliisque bene multi iuxta mecum sentiunt. Orator noster maximus, pecuniosus copiis rei familiaris, in eleganti villa Samnitieis collibus belle insidentem rusticatur, quam utinam similem et ipse haberem! Litteras suo nomine inscriptas haud recipit, nisi in aurata patena, atque a famulo chirotheis munito....

— Papae! Sed ad rem, si placet, redeamus. Ut novae honestioresque pactiones inter operarios et heros fiant maneantque, duce iustitia conflandae sunt. Concedisne?

— Concedo.

— Actus vero iustitiae impleri non poterit nisi ab aliqua lege praecipiatur.

— Optime; ab aliqua lege.

— Quae semper, ubique et ab omnibus servetur.

— Per se patet.

⁽¹⁾ Cf. num. sup.

templa rudiora sunt: easae conduntur stramine paleisque, ibique sedent dii hominum vota suscepturi. Placeantae offeruntur, eupedianiae res pomaque dulcissima, quae quum presbyter mundata Deo obtulerit ipse, gratias agens, manducat.

Stant super altare numinis signa: speculum virgaeque, quibus *gohei* nomen, unde carthaceae taeniae variis coloribus pendent.

Traditur enim temporibus antiquissimis solis dea Amaterasu in specu irae causa secessisse orbemque reliquise tenebris obvolutum; reliquos deos autem, tenebrarum plane impatiens, omnem incassum operam tentasse ut eam ex solitudine revocarent. Tandem oblato speculo viceit muliebris vanitas, statimque ad illustrandum orbem virgo rediit. Huius redditus signa ubique igitur per tempora colludent.

Plura adhuc de Iaponiorum religione dici possunt; satis vero ducimus haec, licet exteriora, attigisse, ut pateat quam rudis mens sit populo, cuius contra vires et ingenium tantum eulmen attigisse videmus.

EX SS. CONGREGATIONIBUS ROMANIS SENTENTIAE NOVISSIMAE SELECTAE.

Ex Congregatione Sacrorum Rituum, Indulgientiarum et SS. Reliquiarum:

— Missa votiva de Immaculata B. M. V. Conceptione qualibet die octavae uniususque mensis vel dominica sequenti una cum Eiusdem commemoratione, indulcta per Decretum S. R. C. *Urbis et Orbis* die xiv mens. Aug. an. M DCCCC III, extenditur ad singulos dies triduanae vel novenariae festivitatis, quae in quibusvis ecclesiis seu oratoriis, approbante loci Or-

— Ideo eiusmodi lex, quae a nulla temporis, aut loci, aut rerum, aut hominum conditione dependet; lex omnino absoluta.

— Absoluta.

— Haec autem lex vocatur « lex moralis », sive norma iusti et iniusti.

— Nil tanti est scire quomodo vocetur; esto tamen.

— Iam vero lex moralis, ab omnibus semper et ubique servanda, auctoritatis rationem sibi vindicat, habet scilicet absolutum imperium. Resane vera, si quando fit ut legi huic morali non obtemperemus, lex ipsa monet nos imperium quoddam detrectasse. Cuiusnam imperium? Num ipsius nostrae rationis? Absit; hoc enim contradictionem involvit, quum imperantes simul et imperati esse nequeamus. Nemo, stricte loquendo, sibimetipsi imperare dicendus est; quodsi interdum dicimus nos ipsos viciisse aut pravos animi motus refraenasse, indigitamus nos actus eliusse iuxta imperium legis moralis. Nonne id patet?

— Patet.

— Addo quod aequalis aequali legem statuere nequit. Quae cum ita sint, nullam vim lex moralis habeat, nisi ex una parte ad hominis voluntatem, ex alia ad absolutam referatur rationem, ideoque imperantem, quae ratio DEUS est. Quod si Deum subtrahas, nullo pacto lex moralis consistet, neminem obligabit, immo nec intelligetur. Age dum, lex ista hisce verbis

dinario, in honorem Virginis Immaculatae intra hunc vel proximum annum instituetur. (Ex deer. d. xxii mens. Iun. an. M DCCCC IV).

— Servari nequit consuetudo non adhibendi conopeum quo tegi debet tabernaculum, ubi asservatur SS. Eucharistiae Sacramentum. (Ex deer. d. i mens. Iulii an. M DCCCC IV).

— In Festis, non autem infra octavam et in die octava, partes Officiorum propriae debent in eas impedimenti loco illarum ponni, quae vel de Communi accipiuntur, vel sunt iam in iisdem Officiis recitatae. (Ex deer. d. xxix mens. Iulii an. M DCCCC IV).

— Regulares in Anglia et alibi commorantes in recolendo anniversario Ecclesiae Cathedralis, uti limites Civitatis intelligere debent etiam suburbii Civitatis hodiernae, non eos restringere fines ad primitivam Civitatem seu burgum, quandoque sat exiguum, ubi Ecclesia Cathedralis aedificata fuerat. (Indidem).

— In festo Confessorum post aetatem quadraginta annorum vita excedentium, intra quadragesimale tempus legenda non sunt in primo nocturno lectiones « Iustus » de Communi primo loco; sed lectiones « Beatus vir » de Communi secundo loco. (Indidem).

— Anno proxime insequenti, nempe M DCCCC V, quum redigatur ad instar simplicis, ob excessum dominicae privilegia et parentiam diei liberae, Festum Translationis Aliae Domus Lauretanae, ideoque octava Immaculatae Conceptionis per se suspensa remaneat, conclusio hymnorum per annum communis non debet tamen in Officio adhiberi, atque ad Missam sumi Praefatio SS. Trinitatis, sed conclusio hymnorum ut in festis B. M. V. per annum et ad Missam Praefatio « Et Te in festivitate » esse debent, perinde ac si Translatio Aliae Domus integrum Officium ac Missam habeat. (Indidem).

— Sacerdotes regulares celebrantes in Oratorio interno Sororum cuiuspiam modernae Congregationis et fidelibus minime patenti, Missam iuxta kalendarium sui Ordinis non debent celebrare, sed iuxta Ordines dioecesos, in qua sorores huiusmodi, kalendarium proprium ex privilegio vel usu legitimo non habentes, moram trahunt. (Indidem).

— Ordinarius praecepere potest ut sacerdotes tam saeculares quam regulares in Missis lectis tertium

effertur: « Diligite alterutrum; Unicuique suum; Quod superest, date pauperibus ».

— Idem inculeas! non suspicabar te hue spectare.

— Ratiocinandi vis, quam vos fastiditis, hue me vocavit.

— Nihilominus spero futuram aliquando diem, qua homines, socialistarum placita in rem suam convertentes, beatissimi sint, quidquid obiiciant capulati homines, praesules, ipseque Pontifex Maximus. Patebit quis tandem victor e pugna discedat.

— Ego discedam, meherecle!

— Tu?

— Ego, inquam; ego!

Statim surrexi, aream viatoriam aperui, ex qua Franciscalem habitum protuli.

— Vide sis, inclamavi; vir capulatus ego sum; unus ex adversariis tuis magis reformidandis. In Tusciā redeo, ubi omni qua vi possum contendam tuniceatum popellum ex unguibus vestris eripere. Ceterum, tu tibi ipsi maximam intulisti iniuriam, quum naufragium in fide passus es. Faxit Deus ut iterum catholice credas, sicut sorores, quibus Augustae Taurinorum oscula, valedicendo, divisisti! Si hoc Dei miseratione tibi contingat, patebit immane quantum, quum socialista factus es, a te ipso deseiveris.

His dictis, post hominem hianti adhuc spectandum, e curru descendit.

CRIVELLIO.

cereum accendant in C sicut in universa reg oblivionem ac desuetidem).

In functione ve genuflexionem utroque capitum non ageret, sistens, collocata Hostia, collocet, vel priusquam merali et consecono se pertienda benedictione, aliiisque casibus simple genu debent praestare.

ACTA F

Sanctissimi D. N. nentissimum virum missae de cl cooptandis (1).

Instauratio omnium iuvante, in Ecclesia g ea exigit, quae pluries institutionem, vocatione vitae integratam inquisit, iisdem indulgenter nim enim Christus Iesus in necessarium quam Clerici ac scientia fidelium re antiquum, hi semper fu extiterint: « Sicut sac

In sacro enim Tride est quod alias magis a sidere instruat, quam e se divino ministerio deducere saeculi in altiore subtamquam in speculum iisque sumunt quod im de Reform.). Ex quo n mini vocati iam inde a pietate ac doctrina illarum et mundi lucem remeditentur, vigilantique disciplina in Seminaris nariis enim tenerae auctae, ubiores effera rarii parantur, qui vine fortes exercitantur ath decretaturi.

Iure igitur Tridentini cap. 18, de Reform.) in ecclesiastica collegia in laetitia, ad invicem gradentium nil aliud praetulit, neque eius diuturnitate, neque laboribusque perlatis f Deo grates agendas successorum Nostrorum sc. Urbs haec nostra non sed pro omnibus fere abundet; unde non spe geat horum tironum, qui seminantur, pietatem aetates esse quolibet allat.

Itaque quum nobis p dotum appetant ad se siastiae vitae studium utque eorum animus rebus, quibus « bonum priusquam tironibus in certo habentes quotquot eati sint, nihil maius ecula ingredi, ubi per rismata animum ad mis divina comparavit gratia veritate fideque vocati binationes — optantes q eatos censeant, iam a pr haec adeant pietatis s

(1) Latine vertit I. F.

is Immaculatae intra hunc
sitetur. (Ex deer. d. xxii
).

etudo non adhibendi cono-
ernaculum, ubi asservatur
mentum. (Ex deer. d. i men-

a infra octavam et in die
propriae debent in easu-
oni, quae vel de Communi-
nione iisdem Officiis recitatae.
ulii an. M DCCC IV.

t alibi commorantes in re-
siae Cathedralis, uti limites
et etiam suburbii Civitatis
gere fines ad primitivam
andoque sat exiguum, ubi
cata fuerat. (Indidem).

post aetatem quadraginta
intra quadragesimale tem-
primo nocturno lectiones
primo loco; sed lectiones
i secundo loco. (Indidem).

uenti, nempe M DCCC V,
et simplicis, ob excessum
t carentiam diei liberae,
mae Domus Lauretanæ,
e Conceptionis per se sus-
hymnorum per annum com-
Officio adhiberi, atque ad
Sime Trinitatis, sed con-
is B. M. V. per annum et
Te in festivitate » esse
translatio Almae Domus in-
habeat. (Indidem).

celebrantes in Oratorio in-
moderna Congregationis
Missam iuxta kalendarium
ebrale, sed iuxta Ordines
huiusmodi, kalendarium
usu legitimo non habentes,

potest ut sacerdotes tam
in Missis lectis tertium

trum; Unenique suum;
peribus».

suscipabar te huic spe-
nam vos fastiditis, hue

turam aliquando diem,
m placita in rem suam
int, quidquid obiificant
ules, ipseque Pontifex
andem vitor e pugna

rerule!

viatoriam aperui, ex
am protuli.

ir capulatus ego sum;
magis reformidandis.

ni qua vi possim con-
um ex unguibus ve-
u tibi ipsi maximam

naufragium in fide
iterum catholice cre-
Augustae Taurinorum
sti! Si hoc Dei misera-
bit immane quantum,
a te ipso desciveris.

em hianti adhuc ore-
ndi.

CRIVELLIUS.

cereum accendant in Canone apud eam dioecesim, ubi
sicut in universa regione mos illum accendendi in
oblivionem ac desuetudinem iamdudum abiit. (Indidem).

— In functione vespertina officiator et assistens
genuflexionem utroque genu cum profunda inclina-
tione capitis non agere debent ex. gr. antequam as-
sistens, collocata Hostia in Ostensorio, eam in throno
collocoet, vel priusquam celebrans accepto velo hu-
merali et consenso suppedaneo Ostensorio pro im-
pertienda benedictione apprehendat; sed in hisce
aliisque casibus simplicem genuflexionem cum unico
genu debent praestare. (Indidem).

ACTA PONTIFICIA.

Sanctissimi D. N. Pii PP. X litterae ad emi-
nentissimum virum Cardinalem Urbis Vicaria-
rium missae de clericis in Urbis Seminaria
cooptandis (1).

Instauratio omnium rerum in Christo, quam, Deo
iuvante, in Ecclesia gubernanda Nobis proposuimus,
ea exigit, quae pluries iam ediximus, honestam Cleri
institutionem, vocationum probationem, de tironum
vitae integritate inquisitionem, cautelam denique ne
iisdem indulgenter nimis sacrarii pateat aditus. Ut
enim Christus Jesus in orbe regnet nihil est magis
necessarium quam Cleri sanctitas, qui exemplo, verbis
et scientia fidelium rector evadat, quem, iuxta illud
antiquum, hi semper futuri fuerint quales sacerdotes
exstiterint: « Sicut sacerdos, sic populus ».

In sacro enim Tridentino concilio legimus: « Nihil
est quod alios magis ad pietatem et Dei cultum as-
sidue instruat, quam eorum vita et exemplum, qui
se divino ministerio dedicaverunt; quum enim a rebus
saeculi in altiore subtletate locum consipientiar, in eos
tamquam in speculum reliqui oculos coniiciunt, ex
iisque sumunt quod imitantur ». (Sess. XXII, cap. 1,
de Reform.) Ex quo necessario fit ut in sortem Do-
mini vocati iam inde a prima iuventute non solum
pietate ac doctrina illa excolantur, quae eos sal ter-
rae et mundi lucem reddant, sed vitae sanctitatem
meditentur, vigilantique cautione diligenterque
disciplina in Seminariis eamdem exerceant. In Semi-
nariis enim tenerae aluntur plantae, quae, arbores
factae, ubiores efferant fructus; in Seminariis oper-
ari parantur, qui vineam Domini colant; ibi denique
fortes exercitantur athletae divinas pugnas fortiter
descertatur.

Iure igitur Tridentini Patres post sessionem (XXIII,
cap. 18, *de Reform.*) in qua novorum horum militum
ecclesiastica collegia instituta sunt, sancta excitati
laetitia, ad invicem gratulabantur, si Concilium Tri-
dentinum nil aliud praeter hoc decrevisset, neque de
eius diuturnitate, neque de gravibus difficultatibus
laboribusque perlati fuisse dolendum. Nobis autem
Deo grates agendae sunt quod propter Ven. Praede-
cessorum Nostrorum sollicitudinem ac munificentiam
Urbs haec nostra non solum in Dioecesos commodum,
sed pro omnibus fere nationibus optimis Seminariis
abundet; unde non spes tantum, sed certitudo affl-
geat horum tironum, qui per orbem universum dis-
seminantur, pietatem ac scientiam benedictionis fru-
ctus esse quolibet allatura.

Itaque quum nobis persuasum sit quotquot sacer-
dotium appetant ad servandum colendumque ecclae-
siasticae vitae studium in Seminariis institui debere;
utque eorum animus rectius cognoscatur a Moderato-
ribus, quibus « bonum testimonium » reddendum est
priusquam tironibus ipsis manus imponantur; pro
certo habentes quotquot vere ad eamdem vitam vo-
cati sint, nihil maius cupere, quam huiusmodi coen-
acula ingredi, ubi per caelestia Spiritus Sancti char-
ismata animad ad missionem componant, quam ipsis
divina comparavit gratia — qui enim aliter sentiat de
veritate fideique vocationis sua magna excitat du-
bitationes — optantes quotquot ad sacerdotium se vo-
catos censeant, iam a prima adulescentia, si fieri possit,
haec adeant pietatis studiique perfugia; plane con-

firmantes quae Tu, Eminentissime Princeps, litteris
ad revinos totius Italiae Episcopos missis postremis
hisce tribus annis de re statuisti, haec quae sequun-
tur praecipienda decrevimus:

I. Clerici omnes e Romana dioecesi, itemque qui
ex ceteris Italiae dioecesibus a r̄mis Episcopis in
Urbem studiorum gratia mittantur, alicuius Seminarii
vel ecclesiastici Collegii alumni sunto.

II. Ut, quoad fieri possit, tironibus provideatur
e Romana dioecesi, qui pro convictu solvere non va-
leant, volumus ut loca gratuita Seminarii Romani iis
reserventur, qui theologiae studiis videntur, atque illa
in conditione versentur; utque tantum in casu, quo
tirones theologi non occurrant, lycei alumnis conce-
dantur. Volumus pariter ut eadem loca iuvenibus quo-
que Romae non natis tribuantur, dummodo ex domi-
nio Romanae dioecesi fuerint addicti.

III. Sacerdotes qui, Episcopis suis postulantibus,
ex Italiae dioecesibus in Urbem migrant sive ad cur-
sum aliquem philosophiae vel theologiae proiectorem
ineundum, sive ad scholas frequentandas tum iuris
canonici atque civilis in iudicis discendi ecclesiasticis,
tum etiam publicorum athenaeorum, sive ad sese in
Romanis Congregationibus exercendos, ipsi quoque
in aliquod seminarium aut ecclesiasticum collegium
tamquam alumnus cooptari debent.

IV. Ephebi ex exteris nationibus commendatioris
cum litteris r̄morum Episcoporum suorum locum sibi
procurent oportet apud collegium snae cuiusque gentis,
vel, eo deficiente, apud aliud ecclesiasticum collegium.

V. Nequeunt igitur in collegia laica Urbis, licet
ab ecclesiasticis viris regantur, clerici et sacerdo-
tes admitti studiis vacantes, ut praefectorum, quod
dicitur, munus, ibi gerant. Dolet quidem huiusmodi
collegiis detrahere iuvenes qui habitu ecclesiastico
hoc officio fungantur; verum hac necessitate, cui singu-
lorum collegiorum Moderatores mature provide-
bunt, potior necessitas habenda est animum illorum
iuvenum ecclesiasticae ratione per Seminariorum di-
sciplinam accomodate.

VI. Nemo in Seminario vel collegio ecclesiastico
Urbano tamquam alumnus admitti poterit quin peti-
tionem prius exhibeat Ordinarii sui, spondentis se
eum, studiorum curriculo completo, rursus in dioecesi
excepturum, idque etiam facturum quando, quavis
de causa, Moderatores ipsum dimittendum censeant.
Petitiones eaedem ab hoc Vicariatu recognoscantur.

VII. Gregoriana studiorum universitas aut PP.
Praedicatorum (vulgo *della Minerva*), Seminarium
Romanum ac Vaticanum, collegiumque de Propaganda
Fide nullum Clericum aut Sacerdotem tamquam ordi-
narium auditorem in scholas accipient nisi prius testi-
monialibus litteris probet se in aliquod ecclesiasticum
collegium vel Seminarium adlectum. Pro sacerdotibus
Romanis ad ecclesiasticas communitates minime coo-
ptatis venia huius Vicariatus in scriptis requiratur.
Ratio eadem pro ecclesiasticis viris servetur, qui in
Romanis Congregationibus se exercere cupiant.

VIII. Ad Sacerdotium nequis promoveri valeat
ante quartum theologicae institutionis annum absolu-
tum, debitum periculum superatum, ac nisi per annos
tres saltem in aliquo Seminario, vel ecclesiastico col-
legio, tamquam alumnus vixerit.

Mature Tibi, eminentissime Vir, iussa Nostra
significamus, ut quo studio polles in Nostra Dioecesi
gubernanda diligentissimam eorumdem observantiam
edicas atque in proximum scholarum annum procureas,
contrariis non obstantibus quibusvis consuetudinibus
aut privilegiis, quae omnia volumus abrogata.

Atque peculiari benevolentia Tibi Apostolicam Be-
nedictionem impertimus.

Datum ex aedibus Nostris ad Vaticanum die festo
S. Pii V, an. MCMIV.

PIUS PP. X.

DIARIUM VATICANUM.

(Die xxi mens. Augusti - d. xx mens. Sept. M DCCC IV).

Coram SSmo admissiones.

Praeter Purpuratos Patres, Urbanos antistites alios
que ministros, qui sui cuiusque muneris gratia Ponti-
ficem de more adiverunt, inter viros apud Ipsum ad-
missos peculiari nota digni sunt iuxta admissionis
diem: Urbani cives e paroecis SS. Quirici et Iulithae ac SS. Cosmae et Damiani ad decem millia homi-
num numerum; iuvenes ex Urbana Congregatione
Mariana, cui nomen ex oratorio vulgo *del Caravita*
cum sociis Romam peregrinantibus; manus peregrin-
orum ex Sardinia insula; Urbani cives ex paroecia
S. Mariae *Transpontinae* ad quindecim millia homi-
num numerum; Della Faille de Leverghem comes,
ad agenda Belgarum negotia apud Apostolicam Se-
dem deputatus; Ianuarius Granito de Belmonte, ar-
chiepiscopus Edessenus, Nuntius Apostolicus apud
Austro-Hungaricum Imperium; Leo Harmel eques
torquatus una cum equite torquato Maupetit, aliisque
viris peregrinationi Gallorum praepositis; Solon de
Campello comes, atque uxor Comitis de Bosten; Reis
de Saginam doctor; Americanorum manus ab exci-
mis mulieribus Sarah et Anna Hungerford adducta; Felix
Fioretti, Congregationi S. Pauli Apostoli, vulgo Bar-
nabitarum, iterum praepositus, cum sodalibus suis, qui
« Capituli generalis » participes fuerunt; Paulus Pe-
ricoli eques, actionibus instruendis apud tribunal domi-
nus Pontificalis nuper addictus; De la Roche, vi-
carius generalis Congregationis Canoniconum Reg.
ex Immaculata B. M. Virginis Conceptione; Marcus
Sangnier, praeses Gallicae societatis, cuius titulus
Sillon; Parisiensium peregrinorum manus; exci-
mus vir Michael Martins de Antas, Lusitanorum apud
Apostolicam Sedem legatus; Gallici peregrini ab Ar-
chiepiscopo Tolosano coram adducti; Sororum a Ca-
ritate Moderatrix generalis; archiepiscopus Floren-
tinus coram adducens r. p. Adulfum Brattina, Mode-
ratorem generalem Congregationis Cleric. Reg. Schol-
arum Piarum recens electum, atque rr. pp. e consiliis eius;
manus iuvenum Gallicae societatis de
Sillon, cuius vexillo Pontifex sollemniter benedicit;
Iosephus Altenweisel, episcopus Brixinen. recens con-
securatus, cum suae dioecesis legatione; manus pere-
grinorum Belgarum, Gallorumque ex Burdigalensi
dioecesi; Itali sacerdotes peregrini ex Insubria, Ve-
neta et Picena regione ab eno Card. Mediolanensi
archiepiscopo, atque Hispani peregrini ab episcopis
Burgen. et Oxomen. coram adducti.

Pontificiae electiones.

Ambrogius Agius, ex Ord. S. Benedicti Congr. Ca-
sinensis primae observantiae, archiepiscopus Palmy-
renus et Apostolicus legatus ad insulas Philippinas;
et Franciscus Ragonesi, vicarius generalis Viterbiens.
dioecesis, archiepiscopus Myren. atque Apostolicus
legatus apud Columbianam civitatem dicuntur.

— A consilio S. Congregationis Tridentinis decretis
interpretandis numerantur r̄mi viri Carolus Perosi,
Aloisius a Taggia ex Ord. Min. S. Francisci Capu-
latorum; Benedictus Oietti e Societate Iesu, Bernar-
dinus Klumper ex Ord. Min. S. Francisci.

Varia.

Die xxxiii mens. Augusti in aedibus Vaticanis ha-
betur Saer. Rit. « Congregatio praeparatoria » ad
disceptandum de virtutibus « in gradu heroico »
Ven. Servae Dei Magdalene et SS. Sacramento, Mo-
nialis professae Ord. Carmelit. excaleatorum.

— Die xxx mens. Augusti apud enum virum
Card. Dominicum Ferrata pariter conveniunt Saer.
Rit. Congregationis Patres ad disceptandum de vir-
tutibus ac supernis donis Ven. Servae Dei Annae
Mariae Taigi, matris familias ac Tertiariae professae
Ord. SS. Trinitatis pro redemptione captivorum.

ANNALES.

Iaponicum bellum.

Iaponici terrestres exercitus, qui simul collecti ad Liao-yang tendentes reliquimus, eadem prope loca proelium acerrimum cum Russis commiserunt, quod cum celeberrimis pugnis hue usque ab antiquitate pugnatis vix comparari potest. Difficile est enim ab historia deducere certamen ad duodecim fere dies inde sinenter productum, in quo bis centum et quinquaginta hominum milia utrinque essent pro castris, animi summa concitatione gradum inter sese contendentes in latissima fronte, hinc bellum inferentibus hostem locis expellere conantibus, inde oppugnatis non minori vi impetum sustinentibus. Adde ab immenso hoc sanguinis flumine, ab horrenda hac caede ne eventus quidem profectos, unde belli exitus quinam futurus sit liceat deduci. Quamvis enim Russi paullatim a Liao-yang recesserint, tamen ita effecerunt ut ab hostibus minime circumcludentur, utque satis tuto receptu Mukden versus urbem se converterent. Heic itaque novum paratur periculum; quin etiam, si incertis nuntiis fides adhibenda est, dum scribimus iam e cursationes prime flunt. Interea Arthurus portus obsidioni fortiter resistit.

Omittere nolumus omnium gentium legatos ad pacem promovendam in Americana urbe Sancti Aloisii congregatos publice ac vehementer doluisse quod natio nulla earum, quae Hangani de pace conventus participes fuere, suum intercessionis munus Russiae Iaponiaeque, statim ut inimicitiae exarserunt, obtulisset, ac simul nationes ipsas omnes invitasse ad pacem iterum componendam.

At satis probabile heu! videtur desiderium hoc ad instar vocis clamantis in deserto auditum iri!

★

Cretici motus.

Dum Baleanicae res somno veluti consopitae fauste apparent, en Creta insula necopinato motu agitantur; ineolae enim ut Greciae tandem aliquando addicantur iterum clamant, quin imo consurrectionem ad Decembrem mensem minitantur, si antiquae insulae vota Europaeae gentes fuerint aspernatae. Itaque Georgius, Graecus princeps e consensu Europaearum nationum insulae praepositus, iter per Europam suscepit ad Cretensem rationes procurandas, protestans simul ni res omnino componantur, sese a munere recessurum. Missi quoque sunt a Cretensisbus Athenas legati, qui, licet apud Theotokis, administratorum collegio praesidem, haud admissi fuerint, certiores tamen facti sunt, nisi iuxta optatam accessionem nunc populo satis fieri queat, futurum tamen ut liberalissimam constitutionem is obtineat, qua actionum suarum liber omnino evadat.

Atque ita etiam res aliquo modo solvetur!

★

Thibetanum cum Anglis foedus ictum.

Lhassa in urbe foedus tandem ictum est ab Anglis propositum, ut praeculta regio in posterum exterorum commerciis pateat. De Dalaj illo Lama, qui, potius quam Anglorum triumpho

adstaret, abire maluit, nuntius allatus nullus: illum dicunt Mongoliam petuisse; profectionem vero eius veluti abdicationem interpretantur Thibetani ipsi, qui sacerdotem alium maximum sibi delegerunt.

★

Mauritana atque Americana bella civilia.

In Mauritania regales exercitus novam cladem ad Oulda oppidum intulere ambitioso illi principi imperium sibi repetenti, qui sexcentiens mortuus totidemque reviviscaens modum semper invenit incitandi populum praeter omnia quietis indigentem.

In australi America pariter civilia bella perdurant. In Paraguayana enim civitate evertendarum rerum cupidi praesidi edixerunt ut a munere sese abdicaret; eoque renuente, novum gubernium pro tempore crearunt, quod in oppido Villa de Pisar sedem haberet. Ita felicissima illa regio gubernia duo possidet duasque urbes capita.

In Urugayana contra, legionarii milites rebellum agmina profligarunt eorumque ducem Saravia in pugna interfecere, ita ut facile concludi possit futurum ut confictionibus brevi finis imponatur. Quod est in votis.

★

Discrimen inter Galliam et Apostolicam Sedem.

Post Divionensem, Vallis Vidonis etiam episcopus Romam demigravit atque Summo Pontifici laudabiliter se subiecit. Quod quum iterum aperte demonstravit in Gallia et ubique Clerum magis Apostolicae Sedi quam guberniis semper obsequuturum, tum Combesii iram excitavit, qui in oratione Antisiodurii habita, violati foederis Pontifice iniuste, de more, accensans, plane declaravit sese collegasque suos inter Galliam et ecclesiasticam potestatem divortium omni ope, quamvis mutuo partium consensu, proueraturos. Quibus insolentibus verbis Apostolica Sedes optimo iuri fulta, per Urbanum diarium eius mentem vulgo aperiens, solemniter affirmavit diligentissimae officiorum susceptorum exequutioni se nunquam defuisse, neque Gallico gubernio ullam significasse denuntiationem separationis alienius inter ecclesiasticam atque civilem potestatem, nec denique clarificationem quamlibet in Galliam minitatam esse.

O generosam, at miseram gentem, cui tristissima tempora instant!

LIBRORUM RECENSIO.

A. MONTI e V. PETRONI. *Grammatica latina con brevi notizie di analisi logica.* Parte prima (Ven. lib. 1). — *Esercizi latini relativi alla grammatica latina con opportuni esercizi di grammatica italiana ad uso della prima classe ginnasiale* (Ven. lib. 2). — Edid I. B. Paravia et Soc. Aug. Taurin., Romae, Mediolani, Florentiae, Neapol., 1903.

A. Monti et V. Petroni, latinae linguae doctores, duo nuper volumina conscripserunt, quorum in altero praecpta pueris darent latina primum limina adeuntibus, altero propositiones praebent praecipitis idonea, quibus uterentur; minime enim pulchrum est ea cognoscere, quibus cognitis uti prorsus ignores. Verumtamen hoe satis assequunt illi

esse mihi videntur, quia nitidam perspicuitatem angustae brevitati addiderunt, necessaria tantummodo primum quaerentes, uberiora futuris libris, quos, credo, praeparant, relinquentes. Quia in re optimum fecisse arbitror; magna enim, et plerumque melior, puerorum pars illa minuta grandine exiguum praecceptorum terretur, qua, Proeustis quodammodo strati lectulo, undique et ubique feriuntur, nec ducenti halitum tempus datur; nostrisque praesertim Italiam contigit ut, quae scala, premenda pedibus, efferre debeat nos ad superiora domus, ea, capitii imposita, quasi immani pondere oppressi, numquam optata contingere possumus.

Quapropter non modo edita volumina laudamus, sed ea, quae sequuntur et incoepit aedificium absolvant feliciter, spe bona speramus et exspectamus.

LIBRI RECENS DONO ACCEPTI.

LEROU A. *Storia delle Piccole Suore dei poveri.* Opera premiata dall'Accademia di Francia. — Romae edid. Desclée, Lefebvre et soc., 1904. — (Ven. lib. 4).

BOUTAULD M. *Del conversare con Dio.* Traduzione dal francese di Matilde Fiorilli. — Indidem. — (Ven. lib. 0,20).

MENGHINI IO. BAPT. M. *De oratione XL horarum, in Instructionem Clementinam latine redditam, et novissimis Ap. Sedis Decretis auctam, Commentaria.* — Indidem. — (Ven. lib. 1,20).

AENIGMATA

I.
(vulgo *Rebus*).

HANERRUBISA

II.

Imperio primi gaudetque doletque vicissim Progenies humana, adeo totum occupat illud. Alterius vitanda cito contagia tabi, Ne primum et totum inficiat, mandetque sepulcro.

Ex sociis, qui utriusque aenigmatis interpretationem ad Commentarii moderatorem miserint intra menses duos, unus, sortitus, gratis accipiet I. B. FRANCESIA comoediam latinis versibus scriptam, cui titulus:

SATURIO.

Aenigmata an. VII, n. VII proposita his respondent:

Nex, Nix, Nox, Nux.

Ea rite soluta miserunt:

A. Menky, *Bellemagno.* — Lad. Lud. Podobinski; Ioan. Krauze, *Cracovia.* — Car. Zimmer, *Noviand.* — Henr. Tarallo, *Neapoli.* — Alois. Frydek, *Reginogradis.* — Ioan. Cantone Ceva marchio, *Ronco ad Bugellam.* — A. Papay, *Pruzzina.* — Georg. Némesh, *Vas Nadasei.* — V. A. Zavadsky, *Petropoli.* — Guil. Schenz, *Ratisbona.* — Senior Astensis. — Car. Stegmüller, *Sabaria.* — Cam. Straschill O. F. M., *Vilnaco.* — Alois. Berthé, *Montboron.* — Petr. Garrone, *Pezzana ad Verecitas.* — Ferd. Canc. Ferrari, *Vastalla.* — Zivirzina par., *Lohnau.* — Bon. Kansen, *Isabel.* — Arn. Rudzianski, *Tyflisio Cartatinorum.* — Gust. Grüne Sch. Piar, *Ioachimvallo.* — P. M. Kohlsdorfer S. L. *Chyrovia.* — Ios. Siekierzynski, *Tworko.* — N. D. Malyniak, *Slonica.* — Ioan. Biacki, *Sczekociny.* — Am. Robert, *Marieville.* — Alex. P. Gest, *Lambertville.* — Cos. Cerasuoli, *Aesernia.* — Soror Maria Loyola, *Chicago.* — F. Skiba, *Brestau.* — Ioan. Galbiati, *Carugo.* — E. F. Curran, *Iena Nova.* — Aug. Paul, *Brasovia.* — Io. Stroppa, *Plebe Utinorum ad Cremonam.* — Fr. Szymanski, *Niestronno.* — Ios. Bok S. I. *Staraviesia.* — D. Le Prevost, *Briocen.* — Call. Amalberti, *Albo Intemelio.* — Elis. Sanchez Paredes, *Corduba.* — Aem. Nail, *Praecinio.* — H. Gardner, *Cincinnati.* — Ios. Walter, *Neo Eboraco.* — Petrus Tergestinus. — Coll. Schol. Piar. *Stellae.* — Alois. Capelli, *Sentis.* — Herm. Gini, *Aquis Taurinis.*

Sortitus est praemium

ELISAEUS SANCHER PAREDES,
ad quem missum est PETRI ANGELINI opus, cui titulus
DE POETIS ET NUMERIS LATINIS.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex officina Pacis Phil. Cuggiani.

SS
ravimus
quissim
indefes
vigore
itemque
animi s
opus or
sibi obl
No
apud m
mentari
gratiouse
facta, c
lib. 6 a
Ius
URBIS

VETUS illu
scriptio
praebere pot
regrinatore
illius verbi li
serit. Conse
intelligendum
pro septis, ve
mentis vi tra
neam ipsam p
diebus consu
tranquillo vi
operariorum
Quamquam
au, ridiculou
est? Homo
fungus, bard
villa; ne qui
plius, amici
enim capita

Sed tam
rationis sum
en Burdigala
civibus suis
insula Sardi
se subducunt
rege nomen
vel salinaru
terius intend
habent arma
nitum prope
sistam, ubi e
chinis « pyra
tim baiuli o
dunt.

SOCIIS MONITUM.

SSMI DNI N. PII PP. X IMAGO, qua superiorem Commentarii nostri num. VIII decoravimus, ex tabula aere cusa desumpta est, quam renovata nuper ad gloriam antiquissimam officina Urbani hospitii S. Michaelis ad Ripam post menses septem assidui indefessique laboris recens edidit. Imaginem autem ipsam deligimus, quum vultus vigorem, oculorum vim lineamentaque Patris amantissimi praeter ceteras aperiat, itemque artis opus proferat selectissimum, quemadmodum Ipse Pontifex, — qui pro animi sui benignitate pluries artificem apud se admisit, coram eo constiturus, ut opus omnibus numeris absolveret, — recognovit, autographon denique sub exemplari sibi oblato apponens, quod pariter sociis videre fuit.

Nos itaque ut eorumdem sociorum diligentiae nostrae pignus novum praeberemus, apud memoratam officinam institimus, ut exempla imaginis nobis concederet commentarii *VOX URBIS* sociis imminuto pretio divendenda; qua nostrae sollicitudini gratiouse annuente, factum est ut *tabula metr. 0,63 × 0,85 apposita charta manu facta, calchographice impressa, quae vulgo lib. 8 venum datur*, apud nos haberi queat lib. 6 ad domicilium quaerentis, nullo scilicet diribitorio debito pretio.

Iussa vero unice mittantur ad ARISTIDEM LEONORI EQUITEM, Commentarii *VOX URBIS* possessorem et administratorem, Romam (*Via Alessandrina, 87*).

PER ORBEM.

VETUS illud: *Nulla dies sine linea* hodie inscriptionem menstruae huius recensionis praebere poterit, dummodo inter me orbis peregrinatorem, ac vos, qui patientes legitim, de illius verbi *linea* mutua interpretatio intercesserit. Consentiamus igitur vocabulum eo sensu intelligendum, quem veteres quoque adhibuerent *pro septis, vallo, carceribus*, quin imo *lineam* mentis vi *transiliamus*, et audiamus simul *lineam* ipsam pro difficultatibus, quae cotidie his diebus consueto apud omnes fere gentes ac tranquillo vitae cursu oppositae sunt ab.... operariorū ab opere desertionibus.

Quamquam insurgit lectorum chorus: - « Au, au, ridiculum caput! - Quae isthaec fabula est? - Homo es profecto inaniloquus! - Fatus, fungus, bardus! - Hem astutias! - Aufer ca-villa; ne quid nimis! » - Pax, pax; nihil amplius, amici! Parcite misero mibi; protinus enim capita rerum expediam.

Sed tamen quo me vertam? Unde enumerationis sumam initium? En Chicagine lanii, en Burdigalae pistores opus deserentes famem civibus suis minitantur; en in Sabinis et in insula Sardinia agricultores ab arvis tumultuose se subdueunt; in Gallico oppido cui a Charolo rege nomen vitri artifices ex officinis cedunt; vel salinarum ad Hyères operarii labori ulterius intendere nequeunt, quosque socios non habent armata manu aggrediuntur. Quid infinitum prope indicem prosequear? Massiliae consistam, ubi carbonem ex navibus levantes, machinis « pyroscapharum » addicti, ac paulatim baiuli omnes inutilem illum portum redunt.



Neque est credendum his malis tantum humano generi insidias parari; heu! ut assolet, ab ipsis naturae viribus sunt etiam procurata. Horridae tempestates in Civitatum Foederatarum Septentrionalis Americae urbibus S. Pauli ac Minneapolis saeviunt, domus ducentas et ultra funditus evertentes; neque Aloisianae illi omnium artium exhibitione parciunt, damnaque pariter magni momenti inferunt S. Sebastiano, Hispaniae oppido, ac passim Italiae regionibus, quae meridiem spectant.



Incendia per viginti passuum millia in Corsica insula debacchantur; Hoboken in urbe Bataviae centum circiter millia metr. cub. petrolei absumunt; innumerasper domus vorant Rigae in urbe Cylipene sinus; Tocopillae de-nique Anglicam navem nitro et carbone onustam plane destrunt.



In tanto igitur rerum discrimine ut alicuius saltem laetitiae lectores faciam participes, in Germaniam invitabo ad fausta omnia et felicia ingeminanda cum Guilelmo imperatore, filio suo regni haeredi, ac Ceciliae, ex nobilissimo Mecklemburgensi-Schwerin genere ipsi de-sponsae, paterna dilectione propinante; atque etiam Raconisum, Pedemontanae regionis in oppidum, apud Humbertum, regium puerum XVII kal. Octobr. Italiae natum.



TOCI.

Quid et cuiusmodi « punctum interrogativum » appellant.

Vir Anglus Pope deformis prorsus homo fuit, quippe statura pusillus, gibbosus humeris, brevis pede, distortus cruribus, colore niger, et non integer oculo; quinimo ore mordax, venenatus verbis, et pronus in maligna quaeribet. Sed vipera in linam incidit; quum enim in coetu quadam illustri mordere quemdam vellet, quia pecuniosum utique, non tamen litteratum cognoverat, ab eo non convenienter in Popianam sententiam quaequivit ita: - « Non miror te ita tenere; numquid scis aliquid qui vel grammaticam ignoras? Age, die: punctum interrogativum quomodo se habet? » Ille gravis, elate et lente reddidit: - « Punctum interrogativum est quaedam nota, seu figura, seu imago statura pusilla, gibbosa humero, colore nigra, distorta crure, lumine laesa, quae interdum mordaciter et minime convenientia quaerit... » Conventus totus depictum Pope vedit, et remordenti plausit.

¶

EPISTOLARUM COMMERCİUM.

Cl. v. HIL.... Dos.... Chicagine. — De prospectu studiorum istius collegii S. Cyrilli, quem ad me misisti, plurimas tibi ago gratias. Quod cives tui optimo iure PETRUM ANGELINUM nostrum tanti faciant, ut opus eius Lollius in litterarum ludis cum antiquis aucto-ribus explant gaudemus quidem, et gratulamur. — Scripta tua iamdiu exspectamus!

Cl. v. FR.... PAL..., Olumucii. — Aenigma a te proposita ad finem pergit....

Cl. v. F. AR...., Mediolani. — Bombax! Haud nugae istic aguntur!

dam perspicuitatem an-
necessaria tantummodo
futuris libris, quos, cre-
Qua in re optimum fe-
et plerumque melior,
andine exiguum praef-
estis quodammodo strati-
feriuntur, nec ducendi
risque praesertim Ital-
menda pedibus, effere-
re, ea, capití imposta,
si, numquam optata con-
ita volumina laudamus,
coepit aedificium ab-
eramus et exspectamus.

ONO ACCEPTI.

cole Suore dei poveri.
emia di Francia. — Ro-
re et soc. 1904. — (Ven.

re con Dio. Traduzione
Fiorilli. — Indidem. —

oratione XL horarum, in
tinam latine redditam,
Decretis auctam, Com-
(Ven. lib. 1,20).

IATA

bus).

BisA

etque vicissim
m occupat illud.
a tabi.

mandetque sepulcro.

e aenigmatis inter-
tarii moderatorem
uos, unus, sortitus,
ICESIA comoediam
, cui titulus:
O.

posita his respondent:
x, Nux.

. Lud. Podobinski; Ioan
Noviand. — Henr. Tarallo,
egadesio. — Ioan. Can-
cellam. — A. Papay, Pruz-
as. — V. A. Zavadsky,
ona. — Senior Astensis. —

Straschill O. F. M., Vil-
Petr. Garrone, Pezzana
i, Vastalla. — Zivirzina
bel. — Arn. Rudzianski,
Primes Sch. Pier, Joachi-
Chyrovia. — Ios. Siekier-
k. — Sienica. — Ioan. Bia-
Marieville. — Alex. P.
oli, Aescenia. — Soror
a, Brestau. — Ioan. Gal-
na Nova. — Aug. Paul.
torum ad Cremonam. —

Bok S. I. Staraviesia. —
alberti, Albo Intemelio.
— Aem. Nail, Praecinio.
Valter, Neo Eboraeo. —
ar. Stellae. — Alois. Cap-
urinis.

AREDES,
opus, cui titulus
LATINIS.

IAMPI, iurisperitus.

Phil. Cuggiani.

PROSPECTUS SUBNOTATIONIS
Comm. VOX URBIS in an. MDCCCCIV.

Pretium subnotationis est in Italia Libell. 4,80; ubi-
que extra Italiam Libell. 6,25; Doll. 1,25; Sch. 5; March. 5;
Rubl. 3; Coron. 6,25 *recto tramite* mittendum ad

ARISTIDEM LEONORI EQUITEM
COMMENTARI "VOX URBIS,, POSSESSOREM ET ADMINISTRATOREM,
ROMAM, via Alessandrina, 87.

PRAEMIA SOCII CONSTITUTA

ad libitum:

- a) Tabula metr. $0,45 \times 0,22$ Pontificiae dominationis au-
spicationem referens a Pio PP. IX an. MDCCCXLVI
peractam, et in Commentarii "Vox Urbis,, commo-
dum unice ex antiqua tabula desumpta; *sive*
- b) Collectio chartularum electissimarum, quae distincta
coloribus praecipua Romae, aut eius vicina red-
dunt; *sive*
- c) Urbis et Ianiculo monte prospectus. (Tabula aere cusa
metr. $1,10 \times 0,24$)

Donum, quod voluerit, quisque subnotans petet
primum intra mensem ab eius subnotatione et cum
ipso subnotationis pretio.